

PIUS PP. IX.

Dilecte Fili Salutem et Apostolicam Benedictionem. Vetustate generis, et pietatis ac virtutum laude spectatos viros qui hinc praesertim temporibus nihil prius habeant nihil antiquius quam bene de re sacra, deque sancta Sede Apostolica mereri, splendidissimis honestare titulis, praecipuisque benevolentiae Pontificiae testimoniis prosequi libenter solemus. Jam vero quum ex gravi ac fide digno testimonio innotuerit Nobis te de praecclarissimo eo numero esse quippe qui avitam nobilitatem religionis studio, liberalitate in egenos, in rem sacram meritis, et singulari erga Beatissimi Petri Cathedram fide et observantia illustras, adauges, in eam mereri serimus, ut amplissimum tibi deferamus titulum qui tuis laudibus praemis sit, Nostraeque in te propensissimae voluntatis testimonio. Te igitur peculiari benevolentia prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris sententiis et poenis quovis modo vel quavis de causa latis si quas forte incurristi huius tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, auctoritate Nostra Apostolica harum Litterarum si te equitem Commendatorem Ordinis S. Gregorii Magni classis civilis eligimus et constituimus, teque in ornatissimum huiusmodi equitum coetum et numerum cooptamus. Tibi proinde dilecte fili, concedimus, ut vestem equitum istius Ordinis et classis propriam induere, ac propriam item insignem nempe majoris moduli Crucem auream octangulam rubrae superficie imaginem S. Gregorii Magni in medio referentem, quae taenia serica rubra ad utramque oram flava collo inserta dependeat, gestare libere ac licite possis et valeas. Nequod vero discrimen tam in veste quam in Cruce gestandis contingat appositum schema tibi tradi mandamus. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die V. Martii M D C C C L X X. Pontificatus Nostrae Anno Vigesimo tertio

A. Fort. Saraciani Secret.



Handwritten text and faint circular stamp impressions at the bottom of the page, including the number 427413.

PIUS IX

BJ

Dupl. B7564

53/67

Dilecto Filio Sobieslao Mierozowski
Cracoviensi Comiti

h. p. p. p.

21

1786



SECRETARIA AERARIIUM

EXPENSÆ
 Libellæ mille septingentæ quadraginta una cum dimidio

AGENTIA
 Libellæ centum et decem = = =